ex his rebus sumere materiam vel occasionem calunie vel erroris. cum protestati fuerimus suprascripta nostro proposito ita adaptari quod in ipsorum similitudine et proprietatum con passione multiplex dissimilitudo et impropositas inuenit. Et si forte videtur alicui istud quod dicunt de corpore christi non esse sibi perfecte intelligibile. quomodo scilicet possit esse in diversis locis vel aliquid aliud de predictis. attendat illo quod dicit Joannes damascenus. Quomodo fiet istud dicit virgo quia virum non cognosco. Qui respondit angelus spiritus sanctus superueniet in te et virtus altissimi obum brabit tibi. Et nunc tu interrogas qualiter panis fit corpus christi: et vinum et aqua sanguis. Dico tibi et ego. spiritus sanctus superueniet in te. hic et hec facit que sunt supra naturam et supra intelligentiam. Sufficere debet tibi exemplum de beata virginem. que per fidem quam verbis angeli adhibuit dei filium concepit.

## Octauo respectu predica

menti quod dicitur (quando) Credit enim fides catholica quod ab initio primitive ecclesie usque ad fine seculi fideles sum pserunt et sumunt quotidie corpus christi. et tamen non est diminutus propter hoc in aliquo nec diminuetur in aliquo etiam si totus mundus sumeret eodem modo. Quis ratio est quia si corpus christi non augetur nec diminuitur per unius panis aut plurium consecrationem et in corporis christi conversionem. quocunq; enim panes seu hostie consecrantur et in corpus christi convertantur. nunq; tamen multiplicatur ipsum corpus christi. sed tamen unicum perseverat et unum solummodo est et idem quantumcumque etiam et a quibuscumque hominibus comedatur semper est unum et in nullo diminuit sed semper perfectum et integrum perseverat. Quis memoriale exemplum habemus in sacra scriptura. iij. Regum. xvij. De lechito olei et ydria farine de quibus comedenter helyas et vidua et eius filius circa tres annos et plus. que fin natum per unum annum eis minime sufficeret Item memoriale exemplum habemus de quinq; panibus et duobus pisces

45  
13  
etioribus questionibus relinquamus.

## Ecimo respectu predi

camenti qđ dicif (habitū) Credit sīr fides nřa  
et catholica fides corpus christi gloriosum veraciter eē sub  
sacramēto. et vere in habitu glē ibi eē. Hūc tñ habitū corpora  
ib⁹ oculis nō ostendit. eo qđ illā visionē nobis reservat in pa  
ria. Et ista oñsio gloria nō pgruit sacramēto nec fidei no  
bre cū adhuc p speculū in enigmate abulem⁹ Et de hoc suſ/  
iciat qđ in p̄dicamēto q̄litatis sunt ostensa. Uer⁹ est tñ qđ de  
hoc forte sīn aliquis diceret meli⁹ sicut dc̄m est in p̄cedēti ca  
pitulo de situ Sicut em̄ sīn eos nō est ibi corporis christi sub  
aliq̄ sitū corporalī: qđ substātie vt substātie nō est necessarie ali/  
quē talē habitū assignari Quid at hor⁹ pgruētius dicaf. sīr  
de subtilioribus disputatōib⁹ cā breuitatis nūc relinqmus  
qđ sufficienter et p̄aciter alibi determinatū est dūmō tenea/  
mus ex firmis credamus in hoc sacramēto veraciter et essen/  
tialiter existere seu subsistere verū corp⁹ xp̄i glosu⁹ illud idem  
in nūero qđ de p̄gine gloria digna om̄i laudenatū est et in  
cruce passum est. et qđ tercia die resurrexit a mortuis. et ascē/  
dens in celū sedet ad dexterā patris omnipotentis. et venturū  
est iudicare viuos et mortuos.

## In tractatū feciter

imius et egregius ac venerabilis excellens doctor  
scūs Thomas de aquino ordinis fratris p̄dicatorū ad petitio/  
nem quorūdā platoꝝ et baronū quasi coact⁹. quē noluit pub/  
licare nisi esset a deo approbatus. quem accipies et sup alta/  
re ponēs rogauit dūm ut si qđ error in eo esset oñderet: et si  
sibi placeret et bene staret manifestaret. quod et facit est Un  
de cum ante altare rogaret dominū. subito est a dūo in spū  
elcuatus. et audiuit sibi vocē dicētem. Thoma dei electe li/  
brum quē de me fecisti secure manifesta. qđ q̄cūd ibi dc̄m ē  
nō a te. s̄z a spūsancto q̄ tecū est dc̄m est. et nō meli⁹ aliquis vi/  
uēs in hoc mūdo dicere posset. Hec vidit et audiuit qđā fra/  
terscūs bidellius. q̄ a lōge stans oīa p̄dicā p̄sidicavit et res/  
L. i.

piciebat. Et sic est finis huius libelli de corpore christi.

**I**nincipunt dicta magistri Nicolai de lyra de sacramento sub hoc tenore verborum sequentia.

## **H**E sunt conditiones ne

cessario requisite ad idoneum suscep<sup>t</sup>orem sacramenti eucharisticie. per quas potest respoderi ad plures questiones consuetas fieri. Requiritur enim quod sit homo: viator fidelis. adultus. mente peditus. ieiunius. denotus. sine conscientia peccati mortalis. criminis non notatus: corposus inuidus. apparitione miraculosa non prohibitus a ministro idoneo tpe debito. intentione recta. Prima probatio est quod sit (homo) quod statim excluditur omne brutum animal et angelus. siue bonus siue malus. Sed si queratur. Num brutum animal suscipit sacramentum. Dixerunt aliqui quod immediate quando brutum suscipit sacramentum desinit ibi esse corpus christi. Sed hoc reprobatur a magistro sententiaz in quarto. Et similiter in decretis de reservatione dicitur. q. ca. Qui bini non custodierit. Et ideo dicitur ab alijs aliter et melius ut videtur. Quod diu species ille sacramentales mutare non fuerint per calorem naturalis stomachi. tam diu remanet ibi corpus christi. Unde sicut habemus ex speciali facto diuino. quod ad ultimam dispositionem corporis humani deus infundit creato ipam animam et eam tenet in corpore durante tali dispositione: sic etiam deus statuit pactum in ecclesia quod tam diu esset ipsum corpus christi sub sacramento quod diu permanenter illa species que prius afficiebant et aspicerbant panem sic cut subiectum a quo postea miraculose separantur et manu tenentur. Et hoc propter illud est ut redderet deus ecclesiaz certam quoniam ibi esset corpus christi. et quando non recipit ergo brutum realiter et non sacramentaliter. et hoc exponam inferius in tercia conditione. Secundo dixi (viator) quoniam illud sacramentum non est prehensoris sed viatoris. et ideo viaticum appellatur. ex. q. v. ca. Sine infirmitate. Item vocatur eucharistia ut apparet. i. q. i. c. Multiseculares Item

vocatur hostia de consecratione. d. ii. ca. **Sacramētū.** et  
 ca. **H**emel oblata est. Et vocatur synaxis per Dyonisiū; ca  
 pitulo tercio ecclastī: ierarchie. **Synaxis** aut̄ grece est com  
 mūnicatio latine. **S**i ergo queratur an licet porrigeret sa  
 cramētū hoc aliquibus defunctis apparetib⁹ post mor  
 tem sacerdoti ut q̄nq; inuentum est. Jam patet q̄ non. cum  
 non sint viatores. **T**ercio dixi (fidelis) et intelligo non il  
 lum qui de fide soluz instructus est. s; illum qui iam accepit  
 sacramētū baptisini. et factus est per hoc de familia christi.  
**E**x quo statim patet q̄ cathecumino q̄tumq; habenti si  
 dem perfectam nō debet hoc sacramētū administrari.  
**S**ed si queratur. **N**unquid infidelis recipiendo hoc sacra  
 mentum recipit corpus christi. **D**icendum de ipso sicut de  
 bruto supra tactum est. q̄ sumit realiter. sed nullo modo sa  
 cramentaliter inquantum infidelis. **S**i queras. **N**unqđ  
 idem est sumere sacramētū et sacramentaliter sumere. **D**i  
 co q̄ non. quia sumere sacramentaliter addit supra sumere  
 sacramētū modum sumendi. videlicet q̄ referat signum  
 in signatum suum. credendo et si opus est confitendo ore q̄  
 sub illis speciebus veraciter contingat corpus christi. qđ  
 nō facit infidelis. nec etiā brutus. **Q**uarto dixi (adultus)  
**B**revi aut̄ ut tradit⁹ a doctorib⁹ ministrat eucharistiā pueris: et  
 quondam illud idē obseruab⁹ in antiqua ecclā. ut p̄t; p̄ illud de  
 pse. di. ii. c. **P**arvuli. **S**ilt dionisius dicit in ecclastica. ii. c. q̄  
 baptisatis ministranda est synaxis qđ idem est qđ cōdicatō. ut  
 dixi supra. quibus non obstantibus tenetur communiter a  
 doctorib⁹ et usus eccie h̄z q̄ pueris nō debet ministrari hoc  
 sacramētū. **E**t rō est. q̄ h̄ sacramētū nō debet ministrari illi q̄  
 nec actualiter nec virtualiter potest ibi p̄cipere corpus chri  
 sti p̄tineri realiter et veraciter. **N**unc autem pueri a n̄ annos  
 discretionis et si possint eucharistiam realiter sicut quēcun  
 q; alii cibum comedere: nō tñ p̄t hoc sacramētū sacramē  
 taliter māducare nec eo vñ ut sacro signo. referendo signū in  
 signatū. s; ut cōsigno. et sic ppter carētiā discretōis nō p̄ci  
 piunt ibi veraciter p̄tineri corp⁹ xp̄i. s; de determinato anno p̄nne  
 ro cū nō habeatur determinatus aliqd. dicunt doctores illud

discreto presbytero cōfessionem puerorum audienti. et sacra  
mentum ministranti esse committendū. q̄dām exercent ac  
tus discretionis pfectus in octo annis dī in duodecim vel  
pluribus. Quinto dixi (mente composa vel predictus) hoc  
apponitur a doctoribus propter demoniacos et amentes.  
Distinguendum tamen est de talibus: q̄a aut faciunt gestū  
periculosos. sicut furiosi intantum q̄ verisimiliter p̄sumeret q̄ ip  
sum corpus xp̄i cōicerent vel irreuerenter tractarent. In hoc  
casu. ppter reuerētia; sacramēti nō eſſ; eis ministrāda eucha  
ristia. et ppter hoc sacerdos accedēs ad infirmū cum propo  
ſito ministrandi. non debet ei ministrare si inueniat ip̄m furi  
osum. Si aut sit amēs sic q̄ nō sit furiosus. sed tñmodo lo  
quens inania et a vero sensu alienatus. adhuc distinguendū  
est. Quia vel pretendit actus et signa deuotōis. tūc po  
test ei ministrari. Si vero nullum actum aut signū deuotio  
nis pretendit. recurrentum est ad tempus precedens passio  
nem. quia si tunc petierit et deuotionem pretendet. et non  
obstet aliquid aliud periculum. licet poteſt ſibi dari. He  
cto dixi (Ieiunus) hoc habetur de pſe. di. ii. c. Liquide Et  
est capitulum Augustini. Ubi dicit q̄ licet xp̄ius sacramen  
tum eucharistie tradidit discipulis ad manducandum post  
cibum tamen mos in ecclesia est q̄ a ieiuniis corpus domi  
niſumetur. Ethoc ideo ne ſacre ille ſpecies cibis alijs im  
misceantur. Et per hoc patet q̄ si quis precedenti die dediſ  
ſet operam crapule. et ſentireſ ſe die ſequenti indigestum ac  
ponderofum. debet omnino a communione abſtinere. Pro  
pter candem etiam rationem dico q̄ ſubito post ſacramenti  
ſumptionem non eſt coimedendum. Sed quale ieiuniū re  
quiritur ſi queratur. Dico q̄ nature. Sed pono caſum q̄ a/  
liquis post matutinam bibat et poſtea non dormiat. utrum  
talis poſſit ſequenti die mane communicare vel celebra  
re. Dicunt hic aliqui q̄ non. ſed non video quid faciat  
dormitio ad propositum. niſi propter corporalem diſpo  
ſitionem meliorem habendam et diſtentionem faciliorem ce  
lebradā. que nihil faciunt in iſto caſu. quia quidam meli  
us dicuntur digerere vigilando quam dormiendo. Et ideo

97

15

puto q̄ quilibet de mane sentiens se bene digestū. dispositū  
et non grauatū. non obstante q̄ nō dormierit. poss̄ celebrā  
re. Sed qđ si quis sumeret in principio dici aliquam me  
dicinam modicam. et hora tercia sentiat se digestus nūquid  
poterit celebrare. Dicendum q̄ non. quia talis non est ieiū-  
nus quia sumpsit aliqđ potabile vel comestibile illo die ar-  
tificiali. Septimo dixi (deuotus) quia hoc sacramentū  
datur vere in cibum et potum spiritualem. Juxta illud Iōā-  
nis. vii. Larō mea vere est cibus. et sanguis meus vere ē po-  
tus. Ubi consideranda est manducatio realis q̄ consistit in  
specierum attritione; et sacramentalis que consistit in masti-  
catione interiori per fidem. et per deuotionis et caritatis ar-  
dorem. Hoc pater per simile. sicut enim non potens masticare  
vel digerere ex defectu caloris naturalis. aptus nō est ad su-  
mendum cibum corporalem. Sic etiam si q̄s deuotōis ca-  
ret ardore dignus nō est ad sumendum cibū sacramentalez  
Hec sententia exp̄sse habet de cōsc. dis. ii. c. timorez. et in pri-  
mo. c. de gradibus. Octauo dixi (sine p̄scientiā p̄cī mor-  
talis. quia qui p̄scientiā habet de mortali omnino debet ab-  
stinere. sed hoc non oportet propter veniale. Ratio de mor-  
tali reddit a doctoribus. quia nullus debet facere iniuriaz  
sacramento. sed qui cum pctō mortali accedit facit iniuriaz  
sacramento. quod patet ex eo q̄ talis protestatur in facto se  
reciperes sacramentum caritatis christi et ecclesie. qui tamen  
in nulla charitate est. nec aliquam gratiam recipit propter  
obice in peccati mortalī. et puto q̄ talis peccet mortaliter.  
primo propter peccatum hypocrisis et fictionis. secundo p-  
pter actualem irrenientiam quam exhibet indigne ipm. in-  
tra se recipiendo. Sed nota libet hoc est additum sine con-  
sciētia. qđ si q̄s pctm haberet conscientiam tamen de pecca-  
to non haberet. non credo ipsum peccare communicando  
vel celebrando. Hisi talis ignorantia esset crassa et affecta-  
ta. quia ad inquisitionem de omisso diligētiā debitaz nō  
fecit. Tamē forsitan posset q̄ri Quod signū est q̄ aliqđ nō  
habet p̄scientiam p̄cī et per p̄sequens sit excusabilis. Dicunt  
doctores q̄ huiusmodi p̄scientia p̄sistit in recognoscēdo et.

reminiscendo diligenter tempus preteritum. et si tunc sentit  
denotionis saporem displicantiam de commissis ac propo-  
sitis non peccandis et his similia. potest aliqualiter presume  
et sit in dei gratia. et per consequens sine conscientia actu  
alis mortalis offense. Sed quid est de sacerdote prepara-  
tive ad missam dicendam. et iam eo induito si pro tunc mo-  
nereatur de aliquo peccato mortali de quo confessus non fu-  
it. Numquid debet indumenta deponere et ad confessionem  
ire. Dicendum quod non. sed si potest debet confessorem ad se  
vocare: si autem non posset debet cum debita contritione ac  
cedere. et postmodum quicunque poterit confiteri. Idem diceres  
de sacerdote parochiali non habente copiam alterius sa-  
cerdotis. si contingit quod memor sit alicuius peccati morta-  
lis: sufficit quod debite contritus vadat cum proposito confite-  
di quando poterit. Idem diceres de religioso exempto ca-  
rente socio sacerdote sui ordinis. quia talis sacerdoti secu-  
lari confiteri non debet. quia licet ipse ordinem habeat. iuris  
dictione tamen super illo caret. quorum utrumque requiritur  
in beneficio absolutionis. nisi de licentia sui superioris hoc  
faciat. Nona conditio est (crimine non notatus) Ita quod p-  
generali regula habent et volunt doctores aliqui quod tenea-  
tur quod nulli negotio de infami crimen debet eucharistia mini-  
strari. sicut cunctibus ad duelluz. aleatoribus. balistariis: eum  
cibus ad torneamenta dummodo sint prohibita. Sed quod  
non possit de homine deuoto volenti duellum intrare pro ma-  
nu tenenda iusticia et innocentia sua: Hoc distinguitur a do-  
ctoribus. quia talis aut est requirens duellum et impetrans  
et tunc nullo modo est ei ministranda eucharistia. Aut est  
tantum patiens. sic quod ipse requisitus ab alio intret. quod si  
non faceret finis leges et statuta patrie illius. perderet perso-  
nam et omnia bona. In tali casu dicitur quod ei non est negan-  
da eucharistia. quia in tali casu non venit ad occidendum.  
sed coactus venit ad se quomodolibet defendendum. Sed  
quid de damnatis ad suspendum. Dicunt doctores quod ta-  
les propter sacramenti reverentiam debent abstinere: sed si  
petant non video quare debeat eis denegari cum habeant

sus in corpore christi sicut ceteri. dummodo sint vere penitentes Quid de meretricibus publicis. Dico quod nisi sint conuersi et appareat quod sint penitentes non debet eis ministrari Ideo dico de omnibus publicam penitentiam agentibus quod non debet eis ministrari quousque penitentia sit peracta

Sed quid de usurariis et publicis peccatoribus Hoc distinguitur a doctoribus. Si enim talis est notorius usuraeus et peccator debet ei utique denegari. Si autem deditus cautionem idoneam de sufficienti restitutione facienda et reddenda. et non amplius fenorandi poterit ei ministrari Si autem talis sit usurarius in secreto et constet confessori suo vel debenti sibi sacramentum ministrare et ipse petat in publico debet et sibi ministrare ne reuelet eius secretum et confessionem. Si vero petat in secreto nullatenus debet sibi dare in secreto. Decima conditio est (corpoce mundus) sic tamen quod per hoc doctores nolunt excludere immundiciam corporalem alicuius infmitatis. utputa lepre vel huinsino di. sed intendunt de immundicia corporali quam quis potest tollere et quam non tollendo grauiter peccat Sed quod rarer aliquis de mulieribus in puerperio existentibus. utrum propter immundiciam illam esset eis eucharistia deneganda. Dicendum quod bene agerent si propter reuerentiam sacramenti abstinerent. sed si petant non debet eis denegari: et illud committitur discretioni sacerdotis qui debet tales informare ut abstineant nisi in necessitatis articulo. Sed quod de pollutione nocturna. Dicit Gregorius quod quandoque puerit ex culpa. quoniam ex debilitate nature. Ex culpa sicut ex memoria preteritorum. sic quod pollutus expitur se habuisse turpes ymaginations alias pueritas. vel experit etiam se dedisse crapule. et tunc debet propter sacramenti reuerentiam et illam immundiciam abstinere. Si vero non expitur ymaginations turpes processisse et crapule se non dedisse. imputandum est debilitati nature que non potuit vertere alimento in carnem ideo illud transfert in superfluitatem: et quia talis pollutio sine sui occasione prouenit. non oportet abstinere. Si tamen talis est in collegio ubi multi alii sacerdotes existent. nec

tunc eſſ; necessitas celebrandi. vtputa quia non eſſ; festum  
notabile vel aliquis aliis casus. bene facer; abſtinēdo. Si  
ſi turpes imagines non p̄cesserint. attamē in actu dormitio-  
nis occurrant: quid faciēdum eſt. Dico. aut in actu dormitō-  
nis experitur homo ſe illis imaginatōibus conſenſiſſe aut  
diſſenſiſſe. Si vero in actu dormitōnis diſſentiat ut ſibi vi-  
detur non oport̄ abſtinere. Si autem experitur ſe conſen-  
ſiſſe. deb̄ abſtinere ut quorundam opinio eſt. quia talis no-  
cturnus conſenſus attestatur turpes imaginatōnes vel mo-  
roſas illicitas cogitationes diurnas preceſſiſſe. quia actua-  
liter quasdam turpes imaginatōnes vel moroſas cogitatio-  
nes preteritas diurnas ſomniando conſequitur. quia ſom-  
nia talia ſunt quedam reliquie cogitationum in fantasma-  
re tentarum ex vigilia que diem festum agunt ſibi. **Un-**  
**decima conditio** eſt (miraculoſe non prohibitus) quod di-  
co propter hoc. quia ſi euchariftia appaſcat quandoq; ſacer-  
doti ſub ſpecie carnis vel digiti vel etiam carnis alteri⁹ ſpe-  
ciei ab humana. quod credo adhuc non fuſſe perceptu; ſal-  
tem nunq; legi nec audiui. tamen non eſt imposſibile q; tunc  
nullo modo eſſ; ſumenda. Et licet quidam diſtinguant. aut  
q; ſibi ſoli appaſcat aut etiam alijs et coſimilibus. ſaluo me-  
liori iudicio doctorum. totum pro eodem habetur in propo-  
ſito. quia ſiue ſibi ſoli ſiue etiam alijs appaſcat quod dubi-  
um eſt. faltem ſibi conſtat q; appaſcat ſub aliqua alia ſpecie  
q; christus ſuum corpus ſumendum iſtituit. quia christus  
ſuum corpus iſtituit ſumendum ſub ſpecie panis et vini. Ee  
ideo ſi talis prohibitio a christo facta ſibi occurrat an ſum-  
ptōnem nullatenus debet ſumere: ſed cum ceteris reliquijs  
reponere et diligentissime cuſtodiſſe poſt multas preceſſe effu-  
ſas **Duodecima conditio** (a ministro idoneo) quia non  
deb̄ ſumere a laico homine vel muliere. vel a dyacono. niſi  
in extrema neceſſitate abſentibus prebiteris et episcopis. vt  
etiam eis preſentibus. impotentibus tamen equeſti officium  
ſuum: Laicus autem in nulla neceſſitate poſteſſe nec ſibi nec  
alijs ministrare. nec poſteſſe ſumi ab inferiori. nec etiam ab ex-  
communicato ſuperiori. et ratio eſt. quia cum eo non licet in

99  
 sacramentū ab eo sumere Idem de scismaticis sentiendum ē  
 et consumilibus Tredecima (tempore debito) quod tem/  
 pus quo ad laicos determinatur ab ecclesia extra de pe. et re/  
 miss. Omnis et cetera. Plus autem et sepius tenet cōicare laicis reli/  
 giosis aut schoraribꝫ ppter statum sue religionis .frequēt?  
 aut sacerdos. et etiā quilibet in gradu suo. ut habet extra de/  
 celebratōe missarū .ca. Dolētes. Sic tamen q[uod] bis in die te/  
 netur nullus: immo nec debet bis celebrare nisi in causa ne/  
 cessitatis. ut habetur de cōsecra. di. i. c. Sufficit. Causa au/  
 tem necessitatis est q[uod] quando unus sacerdos pluribus ha/  
 bet satissimacere prochys: aut in casu. sicut in aduentu alicuius  
 magni domini. vel etiam si deberet sepeliri solemnis homo  
 ubi consuetum non est sepeliri sine missa. vel (quod non re/  
 puto) si aliquod periculum immineret circa hostiam rescrip/  
 tam. quod quidem periculum p[ro]ciperet sacerdos post celebra/  
 tōem unius misse. Sed nūq[ue]d necessitatis vel p[ro]gruitatis ē  
 in omni die celebrare. De hoc p[ro]p[ter]e quod dicit Augustinus. q[uod]  
 ne claudat nec vituperat. sed acī propositus circa hoc datur  
 a. doctoribꝫ una regula generalis. quam bonam puto et ve/  
 ram: et est ista. Q[uod] si quis experiatur q[uod] in celebratione frequē/  
 ti augeatur in ipso et timor peccati et deuotio dei et huiusmo/  
 di que sunt effectus sacramenti. licet immo omni die lauda/  
 biliter potest celebrare. Si autem ex illo generetur in ipso q[uod]  
 si quedam familiaritas. et q[uod] sentiat se ex hoc indeuotum: et  
 sentiat se etiam ad sacramentum quasi ad mensam vel aliquid  
 aliud officium humanum accedere. in talī casu dicunt doc/  
 tores q[uod] tunc consulendum est rarius accedere Quartade/  
 cima conditio est (intentione recta) quia debet sumi hoc sa/  
 cramentum ad eam intentionem ad quam Christus instituit. scilicet  
 ad confortandum vel ad confortamen in spirituali vita et in  
 robur bene pergendi in via. Et ideo dixi supra ipsum viaticū  
 esse nominatum. Item ad memoriale passionis dominice et  
 his similia. et nullo modo debet sumi ad medicinam corpo/  
 ralem vel ad aliquod maleficum exercendum. ut quandoque  
 de quibusdam vetulis repertum est consulentibus ad sorti/

D i.

legia. Item nec debet suini ad probationem aliquā faciēdaz  
super aliquo facto vel dāmno. totū hoc est dānosuz et illicitū  
Expliciūt dicta magistri Nicolai de lyra de sacramento

Incipit expositio super orationem dominicā ex diuersis  
doctorum dictis collecta.

## alter. Thomas de

Aquino. nō dñs. qz amari appetit. nō  
timeri. Crisostomus Patrē magis vo  
luit se dici qz dñm vt fiduciā daret im  
petrandi. qz serui nō sp ipctrant qd pe  
tunt. Augustinus Patrē se vocat non  
dñm. vt ostendat orātes nō seruos. s; filios esse. q nō mobi  
lia cū bismacle. s; immobilia cū ysaac p cipe petūt Gregor⁹  
Si filium dei te credis illa pete qz tibi expediūt accipe. et illū  
decet dare. Si carnalia petis quo tibi illa p̄stabit. que et si  
habeas precipit vt ptemnas (Hoster) Thomas de aqui  
no: nō meus vt ostendat qz nō vnius s; multoz sit pater. Pri  
us em erat pater vnius. scz christi p naturā. s; ex tpe factus  
est pater multorū p gratiā. Augustinus. per hoc qz dicit (no  
ster) inuitat nos ad humilitatez vt nemo de nobilitate gene  
ris supbiat. nemo alterz ptemnat. oēs em filij dei sum⁹ Da  
lachias. Nūquid nō pater vnius oīn nostrum. Nunqđ non  
deus vnius creauit nos. quare vniusquisqz despicit proximū  
suum. Ciprianus. Attendant diuites et ḡne nobiles vt nō  
supbiant de nobilitate generis aduersus pauperes et igno  
biles. qui simul dicunt deo (pater noster) quod non possent  
vere ac pie dicere nisi se sil'es alijz hoibus pgnoscant. quod  
si non fecerint. non dei patris filij. s; diaboli esse nuncupant  
(Qui es in celis) Thomas de aquino. qz uis deus sit rbi  
qz. dicitur tamen in celis esse propter tria Primo vt feniore  
spiritus adoretur. quia spiritus est deus. et qui adorant euz.  
in spū et veritate oportet adorare. Secundo vt mens orātis  
ad celestia eleuetur. Salomō. Trabe me post te. curremus

in odore vngentorum tuorum. Tercio ut a deo celestia. petantur. sicut ipse ait. Petite ut gaudius vestrum plenum sit. Item qui es in celis corona iocunditatis. speculum eternitatis. et dulcor nostre fruitionis

Explicit prologus in dominica oratione. Sequuntur nunc petitiones in eadem contente..

## **E**c est oratio domini

**D**ica p̄cellens oēs alias orōnes in tribus. videlicet in dignitate. in breuitate. et in fecunditate. Thomas de aquino. Oratio vero dñica p̄cellit alias orōnes priuio in dignitate. qz a dignissimo excellentissimo summo et infinito bono. scz ab ipso filio dei est edita et edocta. Secūdo in breuitate. et hoc propter septem. Primo ut cito sciatur secūdo ut melius memoretur. tercio ut frequentius dicatur quarto ut dicens tedio nō afficiatur. quinto ut nemo de ei⁹ ignorantia excusat. sexto ut dñs cito exaudiiri ostendatur septimo ut magis affectu qz voce tegatur. Tercio in fecunditate precellit alias orationes. quia sunt in ea septem petitiones quibus petimus septem dona spiritus sancti. quibus a nobis expelluntur septem peccata mortalia. quibus conferuntur nobis septem virtutes. quibus etiam correspondent septem beatitudines. In ea etiam omnia petenda continentur. Hā omnis petitio. aut est de bonis adipiscendis. aut de malis ammouendis. Dñe aut bonū. aut est celeste. aut spirituale. aut temporale. Celeste petitur ibi (Adueniat regnū tuū) Spirituale petitibz ibi (Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra) Temporale petitur ibi (Pamen nostrum cotidianū da nobis hodie) Et sic in hac oratione petitur omnne bonum. Item omne malum. aut est preteritum. et huius amotōnem petimus cum dicimus (Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris) Aut est futurum. cuius amotio petitur ibi (Et ne nos inducas in temptationem) Aut est presens. cuius liberatio petitur ibi (sed libera nos a malo) Prima petitio scz (Sanctificetur nōmē tuū) est quasi omnium confirmatio.

Incipit prima petitio orationis dominice.

(Sanctificetur nomen tuum) Thomas de aquino. id ē sanctum appareat in nobis sicut triplicem noticiam: quarum prima est credere. quod deus est. Apostolus. Oportet accedentem ad deum credere quod deus est. Secunda est scire quid deus non est: Augustinus. Si non prehēdis quid sit deus multum prehēdis si prehēdis quid non sit deus. Tertia noticia est scire quid sit deus et quomodo sit. Hoc erit in patria quādo agnoscemus cum sicut est. Bernardus (Sanctificetur nomen tuum) Quō potest sanctificari ab homine qui sanctificat omnes homines Aut sicut nomen quō potest sanctificari in quo sanctificant omnes sancti. sed sanctificant deum in nob̄. quoniam scientes eū sanctū timemus et sollicite vigilamus ne forte violemus sanctitatē noīs eius pro mala opera. Ciprianus Nō optamus deo ut sanctificeſ in orōib⁹ nostris sed ut nomē eius sacrificieſ in nob̄. quia ip̄e dixit. sancti esto te quod ego sanctus sum. Ideo petimus qui in baptismo sanctificati sumus ut in eo quod esse cepim⁹ pseucrem⁹. Augustinus (Sanctificeſ nōmen tuum) quod non sic petitur quāsi non sit sanctum dei nōmen sed ut sanctū habeat ab hominib⁹ i.e. ita innotescat deus ut non est hinc aliud sanctius Bern⁹. (Sanctificetur nōmen tuum) ut sis nobis mel in ore. melos in aure. iubilus in corde. et eterna delectatio in mente. Sequitur secunda petitio (Adueniat regnum tuum) Thomas de aquino. id ē da nobis spiritum intellectus quo mundi corde facti. regnum id est te regnante in sanctis tuis visione beatificata videamus Augustinus (Adueniat regnum tuum) id est ecclesia militans vniatur triumphanti. Origenes (Adueniat regnum tuum) scilicet ut evanescatur principatus et potestas virtus et regnum mundi et peccatum quod regnat in nostris mortalibus corporibus excludatur. et christus (in quo omnes sancti regnant) cordibus nostris imprimitur. Vnde aliter (Adueniat regnum tuum) id est veniat super nos spiritus sanctus tuus. et purificet nos. et nos tecum regnare faciat sine fine. Tunc enim veniet regnum dei quando fuerūmus facialem visionem eius consecuti. Ciprianus dicit. Regnum nostrum

19

petim⁹ aduenire a deo nobis repromissus ⁊ xp̄i sanguine ac  
quisitum. ut qui in seculo ei seruimus postmodum christo do  
nante regnemus cum eo Augustinus Regnum namq; dei ve  
net sine velis sine nolis. sed desiderium nostrum ad illud re  
gnū excitamus dicendo (Adueniat regnum tuum) ut scz  
nobis veniat. atq; in eo deus pater oipotes secum nos reg/  
nare faciat Thophilus. Cum petitur (Adueniat regnum  
tuum) quid orant qui iam sancti sunt ut in illa sanctitate (q  
eis data est) ipsi perseverent. et cum christo sine fine regnēt.  
Thomas de aquino Noteat etiam ipse christus esse regnum  
dei. quod venire quotidie cupimus. cuius aduentus vt no  
bis representetur optamus Nam sicut in ipso resurgimus.  
ita in ipso regnaturi sumus (Adueniat regnum tuum). iocū  
dum sine permutatione. tranquillum sine perturbatione. le/  
cum sine amissione. ⁊ perhennes sine terminacione. Abi re/  
ro erit unus amor omnium electorū. vbi etiam erit vera dei  
fica visio in eterna mentis fruitione. que est ipse deus Se  
quitur tercia petitio (Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in ter  
ra) Thomas de aquino. id est sicut in cibibus celi sic in cibis  
terre. hoc est sicut angeli conformant voluntatem suam  
voluntati diuine. sic faciant homines existentes in terrestri  
habitatione. b̄tus Augustinus In illo beatitudinis regno  
vita beata perficietur in sanctis sicut nunc in celestibus an  
gelis Et ideo post illam petitionē qua dicimus (Adueniat  
regnum tuum) sequitur (Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in  
in terra) id est sicut in angelis sanctis. (qui in celis sunt) vo  
luntas tua fit vt te perficiantur nullo errore obnubilante eo  
rum sapientiam. nulla miseria impediente eorum beatitudi  
nem. ita fiat in sanctis tuis. qui in terra sunt et de terra (qu/  
tum ad corpus pertinet) factis sancti Crisostomus (Fiat vo  
luntas tua) quasi dicat. presto nobis domine conuersatio/  
nem unitari celestem: quatenus quecūq; tu vis nos etiā ve  
limus Ciprianus Non petimus vt deus faciat que vult.  
sed vt nos facere possumus que deus vult. quod vt fiat d/  
pis in nobis opus est dei adiutorio Bernard⁹ Virtus non  
est nostri studij solum. sed superioris gratie Anselmus H̄

sicut deus non operatur bonum in homine nisi homo vo/  
luerit. sic nec homo potest facere bonus nisi habuerit dei ad  
iutorium. Sicut enim nec semen sine terra. nec terra sine se/  
mine fructificat. sic nec homo sine deo.. nec deus sine homi  
ne bonum operatur in homine. Thomas de aquino (fiat vo/  
luntas tua sicut in celo et in terra) id est sicut in iustis qui no/  
mine celi accipiuntur. ita et peccatoribus qui per terram de/  
signantur tanquam si dicetur faciant voluntatem tuam sicut  
iusti ita et peccatores ut ad te conuertantur et tuam volun/  
tatem in omnibus opibus exequantur. Augustinus (fiat vo/  
luntas tua et cetera) ut que odis odiamus. et que amas diligamus  
et que precipis impleamus. et sic tue voluntati conformes  
erimus. Sequitur quarta petitio (Panem nostrum coti/  
dianum da nobis hodie) Thomas de aquino Panis hic  
(qui petitur) deus est qui est cibus angelorum. refectio sanc/  
torum. qui de celo datur et in terra comeditur quo sancte q  
uisus fuerit mortem in eternum non gustabit. Nam ipse ait.  
Ego sum panis vivus qui de celo descendit. si quis manduca/  
vient ex hoc pane vivet in eterno. Ciprianus Panis vite Christi est  
Hunc autem panem cotidie nobis dari postulamus ne qui in  
Christo sumus et eucharistiam cotidie accipimus intercedente  
aliquo grauiori delicto a celesti pane prohibemur vel a Christi  
corpore separaremur. Petimus ergo ut qui in Christo manemus  
a sanctificatione eius mente et corpore non recedamus. Ti/  
tus Panis iste medicina est animarum afferens vita phen/  
num. hunc tibi cotidie accipe ut tibi cotidie prospicit. Sic vi/  
ue ut cotidie merearis accipere Bernardus. quod vulnus ha/  
bet medicinam quirit. vulnus vero habemus dum sub peccato  
sumus. medicina est venerabile sacramentum. si cotidie acci/  
pis cotidie curaberis Hieronimus. hic potest panis intelligi  
mentis interior illustratio. quod intellectus hois informatus  
divinis preceptis regulatur. quod oportet cotidie meditari et ope/  
ri Thomas de aquino. hoc loco potest accipi nomine panis  
lumen anime. quo dirigitur in cognitione veritatis increata.  
Ensostomus Potest hic panis materialiter accipi ubi so/  
lum non petimus ut habeamus quod commune est iustis et

peccatoribus. sed ut quod manducamus de manu dei acci-  
 piamus. quod est tantum bonorum. Nam illi deus dat panem  
 qui cum iustitia acquirit panem Illi vero dyabolus dat pa-  
 nem qui cum risu acquirit pane. Sequitur quanta petitio (Et  
 dimitte nobis debita nostra. sicut et nos dimittimus debi-  
 toribus nostris) Thomas de aquino. debita dicuntur pec-  
 cata que nos debitores bene substituunt. que nobis ab eo di-  
 mitti petimus si in nos peccantibus offensas relaxam? Au-  
 gustinus Si debitoribus nostris. id est eis qui in nos peccant  
 non dimittimus. nos ipsi nostra oratione inculpamur. et deum  
 aduersum nos ad iracundiam incitamus et ipsi super nos in-  
 ducimus maledictionem potius quam benedictionem Sicque cum  
 oratio debeat esse salubris sit noxia Et peccata nostra (que  
 debuimus minuere) augemus orando. Quomodo orat qui  
 iracundiam contra proximum portat in corde Non enim spe-  
 ret apud deum veniam dilectorum suorum. nisi indulserit pro-  
 ximo offensam Ambrosius Indignum esse arbitror ei deum  
 propicium: qui crudelis est in proximo. Hieronimus. Ille  
 recte delicti sui veniam postulat. qui prius hoc (quod in eum  
 delinquitur) relaxat. Bernardus. Venia peccatorum non  
 datur ei. cuius cor rancore ac luore inuidie afficit Si igi-  
 tur vis ut tibi peccata a deo dimittantur. omnis rancor et  
 indignatio a corde tuo euellatur Isidorus Sicut nullum  
 proficit in vulnera medicamentum si ferrum adhuc in eo sit  
 sic nihil proficit oratio illius cuius adhuc dolus est in men-  
 te vel odium Anselmus Ego vos ad dilectionem inimicorum  
 ammoneo. quia ad sananda vulnera peccatorum nullum me-  
 dicamentum utilius esse cognosco Forsitan aliquis diceret In-  
 mici ergo sunt diligendi inquantum inimici Thomas de aqui-  
 no In inimico duo considera. scilicet culpam et naturam.  
 Culpe debes propter deum parcere. et naturam ad imagi-  
 nem dei factam ex charitate diligere Et dominus ait Lc  
 stabitis ad orandum. dimitte si quid habetis aduersis alii  
 quem hominem ut pater vester celestis dimittat vobis pecta  
 vestra. quod si non dimiseritis. nec pater vester dimittet vo-  
 bis vestra peccata Crisostomus Cum quo spe orat qui ini-

mitiam in corde seruat etiam aduersus ledentem non enim deum orat. sed irritat ipsum. non gratiam apud eum obtinet sed eternam damnationem sibi postulat. Liprianus Quo modo orat a deo peccata sibi dimitti. qui in se peccantibus offensas non relaxat. Quomodo dicunt deo (Dimitte nobis debita nostra. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.) sed quia ipsi debitoribus suis non dimittunt. igitur deus peccata eorum non relaxat. et sic ex oratione eorum propria confertur eis pena eterna. Hylarius. Multi nolentes dare veniam peccantibus in se. nolunt dominicam orationem dicere: vel mutant orando. quorum stulticia reprehenditur. Primo quidem. quoniam qui sic orat non est christi discipulus. Secundo quia pater non expandit orationem quam filius non dictauit. cognoscit enim pater filii sui verba et sensum. Non suscipit que usurpatio humana excogitauit. sed que sapientia christi exposcit. Theophilus. Sic ergo nos pro peccatis orare docuit. ut nobis sic dimitti debitus postulemus. Namque debitoribus nostris dimittimus. Cyrillus. Ut profectum bonum quod a deo petimus compuncti consequamur hoc primum proximis faciamus conuersi. Si igitur a deo peccata dimitti petimus. primo offensas. proprias ignoscamus. Fulgentius. Hac oratione peccata dimitti iuste petimus. si ex corde omnem rancorem relaxamus. si vero non relaxamus deum contra nos orando irritamus.

Sequitur sexta petitio (Et ne nos inducas in temptationem) Thomas de aquino. id est non permittas nos succumbere in temptationem. Non enim petimus ut non temptemur. quia temptari non est malum. sed magis est ad virtutis exercitium quando viriliter resistitur. Propter quod dicebat David Proba me domine et tempta me. Sed petimus ne temptatione inducamur. ne ab ipsa temptatione vincamur. Augustinus. Non oramus ne veniat temptatione sed ne ducamur in temptatione. quod est succubere in temptatione. quod temptatione cui resistitur non est peccatum: sed materia exercende virtutis. Gregorius. Non enim deus per seipm inducit in temptatione. sed induci permittit cum quae a suo auxilio descrit. Hieronimus

Hic ostendit contra nos aduersarium nihil posse nisi deus  
 ante permiserit. Ambrosius. Nihil enim fit. nisi quod deus  
 facit aut fieri permittit. Potens est ergo et a malo in bonis  
 flectere voluntates nostras. et in lapsis pronas cōuertere ac  
 dirigere in sibi placitus gressum. Voluit ergo deus a se pos-  
 ci (Et ne nos inducas in temptationem) quia voluit nos doce-  
 re q ab ipso hoc beneficium accipimus: quando diabolum  
 in temptationibus supamus. Anselmus. Nos monemur  
 hic petere. ne derelicti ab adiutorio dei alicui temptationi dia-  
 bolice cōsentiamus decepti vel cedamus afflitti Thomas  
 de aquino. Triplex est temptation. Una est dei. et ista est bo-  
 norū opm manifestativa. Alia ē hominis. et ista est occulto-  
 rum inuestigativa. Tercia est diaboli. et ista est neq; et dece-  
 ptiva. et ab ista nos liberari petimus dicentes (Et ne nos  
 inducas in temptationem) Tertius. A diabolo non temptari  
 sanctos in presenti vita est impossibile. sed a deo ne derelin-  
 quamur in temptationibus hoc deprecamur. quia resistere  
 diabolo non est nostre virtutis sed diuine potestatis fulge-  
 riis. Mandat dominus ut petamus ne ducamur per con-  
 sensum in delectationem. videlicet mundi carnis et diaboli

Sequit̄ septima petitio (Sed libera nos a malo) Tho-  
 mas de aquino. id est a peccato originali et actuali. ab amo-  
 remundi et proprio sensu. et a ppria voluntate. quibus dc/  
 positis. fit homo paup spū. quod totum fit per spiritum tu-  
 moris. Unde cum dicis (Sed libera nos a malo) Rogas  
 tibi dari spm timoris. per quem factus pauper spū liberat̄  
 es a malo (Sed libera nos a malo) Augustinus. id est a mū  
 do. vel a peccato: vel a purgatorio. vel ab inferno. Crisosto-  
 mus (Sed libera nos a malo) id est a diabolo perniciose.  
 qui non natura talis est sed propter superabundanciam mali/  
 cie sic vocatur. et qui a nobis nihil passus nos persequitur  
 Gregorius. Non dixit a malis nos libera. sed a malo ut nō  
 proximos odiamus cum ab ipsis mala passi fuerimus. sed  
 ab ipsis ad hostem generis humani tanq; ad causam ma-  
 rum inimicitarū nos transponamus. Fulgentius. Oran/  
 dum est non solum ut non inducamur in malum: quo care-

mus. sed etiam ab illo liberemur in quod inducti sumus? The  
ophilus (Sed libera nos a malo) videlicet culpe et pene. Cul  
pe quo ad gratiam. pene scilicet eterne quo ad eternam gloriam.  
Et sic in hac oratione petimus ab omni malo liberari. s. presen  
ti preferito et futuro. et summo bono vniuersi qui est deus in se  
cula seculorum benedictus (Amen) Thomas de aquino Am  
nec est grecum neclatinum sed hebraicum. Et accipit no[n]ali  
ter quandoque. ut in Apocalypsi. Hec dicit amen. i. veritas increa  
ta que metiri non potest. Quandoque verbaliter. ut in fine oratio  
nium dicimus (amen). i. fiat nobis domine deus humilitas quod  
petimus a te. Quandoque aduerbialiter. ut Christus ait. Amen dico  
vobis. i. firmiter et fideliter. Aug. Amen. i. vere vel fideliter. fide  
liter quo ad affectum. vere quo ad intellectum. Ideo dominus  
in fine posuit (amen) quia haec oratio potissimum ex intellectu  
et affectu dicenda est.

Et sic est finis huius tractatuli de dominica oratione

### De primo tractatulo huius libri

Nota quod in primo tractatulo prioris libelli quem fecit sanctus  
Thomas de aquino agitur de venerabili sacramento eu  
charisticum. Quid sit. Quibus partibus secratur. Quis et qualis  
erit secrans. Expanis et vinum efficiunt unum corpus Christi

Ex Christus tam magnus et perfectus est in eucharistia sicut con  
versatus est in hoc mundo cum discipulis et percepit in cruce  
Ex accentia. s. rotunditas circularis. albedo: sapor. et gustus su  
trititia realiter manent in eucharistia miraculose sine subiecto  
Et corpus Christi sub speciebus illorum et absque illis vere nutrit animam  
Item simul et semel et ab eodem potest consecrari una  
hostia vel plures. Qui sunt effectus et que virtutes huius ho  
stie secrete. Quare hostia dividitur in tres partes. Et quod fra  
ctura hostie non penetrat vel attingit ad corpus Christi  
Item tanta bona quam a malis tractatur. Quam dominus Christus filius  
dei sedet in celo a dextris patris sui omnipotenter et continetur  
in hoc sacramento in diversis altaris. unicrus perfectus et indi  
uisus. idem in essentia cum patre et spiritu sancto. Corpus Christi come  
stum non diminuitur neque consumitur. et est cum gloria celesti in eucharistia.

### De secundo tractatulo huius libelli

In secundo tractatulo quem dicit postulisse solemnis autor et doctor in theologia magister Nicolaus de lira ponitur pulcherrime doctrinæ et instructiones summenecessarie omnibus christifidelibus. Primo ponuntur quatuordecim probitatem digni et idonei susceptoris venerabilis sacramenti eucharisticæ.

Deinde an licet cuique hoc sacramentum porrigitur defunctis post mortem sacerdoti apparitionibus. Quic est dominus inter sumere sacramentum et sumere sacramentaliter. Quale ieiunium et quantum ritur ante sumptuum eucharisticum et qualem post. An sacerdos in peccato mortali exstensus teneat semper ante celebratioem profiteretur vel non. An duellum intrare volenti debeat amministrari eucharistia. An etiam damnatis ad mortem porrigitur debeat. An publicis meretricibus dari debeat. An usurariis et publicis peccatoribus. An pollutis pollutio nocturna. Quotuplex pertingit illa pollutio. Quid faciendum si hostia profecrata non appareat sub specie panis et rimi. sed sub specie carnis et sanguinis vel binorum. Laicus in nulla necessitate potest sacramentum alius misstrare. Quotiens in die potest et teneat sacerdos celebrare. Num congruit omni die celebrare et quando non. Et debet hoc viaticum soli sumi pro spirituali confortamine. non pro corporali medicina. neque ad aliquod maleficium exercendum.

### De tertio et ultimo tractatulo

In tertio tractatulo (quod ex diversis sanctorum doctorum dictis collectus est) agitur de exposito domine nostro ordine. scilicet Pater noster. In quo declarantur compendiosae huius ordinis dignitates et excellentiae. Et exponuntur pulcherrime septem petitores a christo ad suum patrem omnipotentem factas. lucide a diversis doctoribus et sanctis exposite. quas quilibet vere christianus scire et intelligere tenetur.

Explicit registrum huius libelli



XV, 6

Rimedtymis sva nissmij  
anodvordne gombyax i m' anna dare  
alind  
tva onna hæm arste ples dukt m' marka  
i. t. al onna til vod arste hæmde syna p' gud  
Ere hæm oft vona vist p' præfumiax inid



XV, 6

Adl. XV, 3-6